Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Ad doctissi. Ioannem cvspinianvm. Ioachimvs vadianvs

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

AD DOCTISSI. IOANNEM CVSPINI/ ANVM. IOACHIMVS VADIANVS.

Si ſunt pii : ſi ueritatis conſcii
　Iuuenes/ Viennæ/ qui uacare litteris
Coepere : ſi q; alibi boni ſunt uſpiam/
　Qua ſol uel exit uel ſub undas labitur.
Vtrinq; ſeu qua congelat gelu mare.
　Vel molis immenſæ incolæ medioximi/
Vni tibi debent referre gratias/
　Quod primus oĩum profundum carcerem/
Quo Florus ipſe pene ſemimortuus
　Marcebat: ecce fretus arte Dædala
Ipſo reduce ſcriptore/ diſsipaueris:
　Hominem q; pallidum & rigeſcentem ſitu
Et puſtulis/ & ulceroſis cruribus
　Quæ longa ferro roſerat captiuitas/
Aegrum/ medicus/ & litteris & morbidis/
　Leui manu reduxeris: curaueris:
Vt ore rurſus tam polito uiuidus.
　Poſsit uel ipõ congredi cum Liuio
Parente: qui ſenio lacet: qui ſæculis
　Actis/ decore plurimo priuatus eſt.
Quocũq; Florus gratus emigrauerit.
　Debere Cuſpiniane non parum tibi/
Seſe ob leporem priſtinum fatebitur.
　Qui ſortis es miſertus ultro tam malæ.
Studioſus omnis: ſi ſapit: te laudibus
　Concelebrare perget: & tui memor
Vatem eruditum ad aſtra ſugis prouehet.
　Quod ipſus olim/ quem decoro munere
Donas (fauente Apollinis bello choro)
　Dicace plectro/ nec ſeueris chordulis
Agam, ſeteris uerſibus ſub Sydera.